



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

7. Redditus annuus perpetuus pro re immobili habetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

juxta ratam, & ibi Abb. n. 20. de relig. domib. hic enim census ¶ differt à constitutione, & reservatione census, qui pecunia emuntur ad præscriptum Pii V. *constit. de anno 1569. 14. Kl. Eebruarii edita de qua in Bul. Rom. c. 80.* qui est licitus, & etiam dudum Apostolica auctoritate approbatus, ut in *extravag. com. c. 1. & 2. de emp. & vend. Covar. d. c. 7. n. 2. vers. contrariam, & vers. sexto post variam, eod. l. 3. & Gra. decis. aur. c. 118. n. 15. l. 2. par. 1.*

3 In census quidem antiqui ¶ reservatione transfertur utile, & directum dominium, ut per Molin. in *tract. 2. disput. 381. col. 2.* & alios supra allegatos. In censu ¶

4 verò novo ad formam dictæ constitutionis Pii V. nec utile, nec directum dominium rei, super qua census collocatur, ad emptorem transfertur, sed solum jus accipiendi de fructibus illius pensionem, ut per Covar. *eod. cap. 7. nu. 2. vers. non obervunt, Molin. eod. tract. disput. 372. in fi. & 390. in princ. & Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 5. c. 43. vers. consignativus sub n. 1.* sed ad validitatem hujusmodi census plura requiruntur.

5 Primò, ¶ quòd census constituatur super re immobili, aut, quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, ac certis finibus designata, ut in *dict. constit. Pii V. post princip. & Card. Tolet. in eod. lib. 5. c. 45. vers. non tamen, n. 3.* expressio enim ¶ confinium fit ad demonstrationem rei, *l. forma ff. de cens. Bart. in l. Demonstratio. ff. de condit. & demonstr. & Cravet. cons. 293. n. 7.* & de sui natura immobilis erit perpetuus annuus redditus, ¶ qui licet propriè non sit res immobilis, habetur tamen pro re immobili. *Clem. exiui. §. cunq; annui redditus, ubi, etiam gloss. de verb. si-*

gnis. §. inc. 2. junct. glo. in verb. jura. de reb. Eccl. non alien. in 6. quapropter ad formam ejusdem constitutionis posset annuus census constitui super alio annuo censu perpetuo, non autem redimibili, cum alioquin, censu redempto, pereat census in eo collocatus Molin. *eod. tract. 2. disput. 389. vers. utrum autem:* vel super jure gabelarum, aut aliis redditibus perpetuis, vel super redditibus emphiteuticis, vel feudalibus à domino directo, dummodo census imponendus non esset majoris quantitatis annui redditus bonorum feudalium, vel emphiteuticorum, quia licet dicti redditus non sint propriè res immobiles, pro immobilibus tamen habentur. *dict. Clem. exiui §. cunq; Navar. in com. pend. de usur. com. primo n. 87. & Molin. eod. disput. vers. quatenus autem.*

Secundò ¶ illa sola res censui supposita, non alia bona, censui debet obligari ut in constit. ibi, rem censui suppositam. Generaliter enim super omnibus bonis, nullo certo prædio cum suis confinibus designato, nec etiam uno prædio designato, & super aliis omnibus bonis constitui non potest, sed unum, aut plura prædia sunt certis finibus designanda, ut per Navar. *eod. com. de usur. num. 113.* Poterit tamen licet venditor census se, suaq; bona omnia obligare pro cautione, quòd fundus super quo census imponitur, est suus, & potest super illo imponere illum censum, quia ad id tenetur ratione evictionis, ut *roto tit. ff. & C. de evict. cap. fin. de emp. & Navar. in com. de usur. num. 77. & num. 135.* imò duos aut tres fidejussores adhibere, qui se, suaque bona mobilia, & mobilia obligent ad securitatem rei, & quòd res illa sit venditoris, & fructifera, ac capax ad illius